





2  
7  
1800 4  
MEMORIAM  
ICTI CONSUMATISSIMI  
**IOANNIS FRIDERICI**  
**MAGERI**

IN AUDITORIO ICTORVM

D. VI. NOVEMBR. A. C. MDCCC.

HORA IX.

SOLENNI ORATIONE  
CELEBRANDAM  
INDICVNT

ORDINARIVS  
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES  
FACVLTATIS IVRIDICAE  
LIPSIENSIS

*Prof. Bauer, Heinr. Gottfr.*

IN EST

*Responso. Iur. CXIII.*

*Ad fundum stercorandum festinato  
ad eum pertinere simulque cum eo  
rendita esse intelliguntur.*



---

### RESPONS. CXIII.

*Ad fundum stercorandum destinata ad eum pertinere  
similque cum eo vendita esse intelliguntur.*

**Q**uod saepius circumfertur, emtori, non venditori, patroci-  
nari interpretationem, non omnino verum est. Regula potius  
haec, promittentis fautricem non stipulantis esse interpretatio-  
nem. Interpretatio enim naturam sequitur, et quae, ut rite  
interpretetur in jure nobis regulae traduntur, ex ipsa natura  
prodeunt. Huc pertinet: Principum beneficia latissimam, te-  
stantium voluntates liberiorem, strictissimam conuentiones exi-  
gere explicationem. Videlicet splendor Principum hoc exigit,  
ut sint generosiores et liberaliores. Modo liberalitas neque  
regalia ingrediatur, neque aliis noxia reperiatur. Illorum enim  
deminutio simul minuit splendorem, et priuilegia iniuritatem  
redolent. Liberiorem testamentorum interpretationem, quam  
plus vice simplici jus nostrum commendat, l. 12. l. 96. d. R. I.  
non minus aperte natura commendat. Siquidem, quem dile-

xisse testator significauit, eundem, si oratio vel obscura, vel dubia, sit, interpretantium fauori simul commendasse videtur. Ad conuentiones denique quod attinet, quoniam quilibet sibi proximus est, et propterea nemo suum jactare voluisse prae sumitur, nihil stipulanti deberi justissime existimandum est, praeter ea, quae promissa esse satis lucide claret, ut non venditori minus quam emtori fatuere debeamus, quatenus alteruter promissor appareret.

Positis his rem praesentem aggrediamur. Dominus praedii Titius colluiciem ex laco finitimi praedii, vt agros fertiliores faceret, sibi comparauerat, ipsumque praedium breui post simulque omnia ei cohaerentia et ad illud pertinentia vendiderat. Breui post Cajum emtorem parare, vt colluiciem in agrorum usum conuerteret, Titium suam esse ajentem praeceptum inhibitorum a judice impetrare, Cajum sibi illam simul cum praedio venditam contendere, vtque libertas restituatur, petere, judicem denique, cuius precibus annuendum sit, ex nobis quaerere.

Secundum ea, quae praemissa sunt, videri poterat justior esse vendoris petitio. Siquidem in re praesente promittentis vices sustinebat, nihilque in emtionis instrumento de colluicie aceruo nominatim expressum reperiebatur. Praeterea neque ex fundo ipso neque armentis et pecoribus ad colendum eum compa-

comparata, aliunde potius arciflita, et oneroso emtionis titulo  
quaesita colluuius diuersam a calce et fimo videbatur habere  
conditionem.

Vt, quoniam fundus simul cum omnibus, quae ad eum  
pertinerent, venditus erat, in hoc vnum inquirendum sit, ista  
colluuius ad fundum pertinere, an rem per se singularem con-  
stituere, videatur. Et quam sciamus, res fundi accessoriias vel  
ex lege fieri, vel consuetudine, vel domini tandem destinatio-  
ne, dubitari quidem posset, quae de sterquilino obtinere sci-  
mus, num aequa in re praesente ad colluuiem pertinerent. Illud  
enim ex fundi administratione prodit, haec ex piscina aliena  
aere comparata erat. Neque, quo animo emerit, vt lucrum  
ex majore pretio, iterata venditione, an ex aucta agrorum uber-  
tate caperet, quoniam cogitationis poenam nemo patitur, Ti-  
tium aperire oportebat.

Quoniam tamen agri stercorandi causa hoc a se factum  
ipse professus fuerat, VLPIANI consilium fecuti quod in l. 17. §. 2.  
d. aëlt. emt. et vend. continetur, actionem Titii inanem esse,  
respondere non dubitauimus, his verbis: *Dieweil Klagender H.*  
*A. St. daß er den streitigen Teichschlamm in der Absicht, die Felder*  
*seines Guts zu verbessern, und ihn darein zu verwenden, an sich*  
*gebracht habe, eingeräumet, wodurch gedachter Schlamm eine Per-*  
*tinenz solchen Guts geworden; Hieraus aber, da er letzteres an*

Beklagten C. H. B. mit allen dazu gehörigen Pertinenzien verkauft, die Folge erwächstet, daß der erwähnte Schlamm, den er namentlich nicht ausgezogen, im Kaufe für begriffen geachtet werden muss: So hat Klägers Suchen nicht statt, und ist das bef. fol. 3. an Beklagten erlassene Verboth hinwiederum aufzuheben, es sind jedoch, da die Sache einigen Zweifel wohl erregen können, die aufgewandten Prozeßkosten gegen einander aufzuheben. V. R. W.

Et enim, quod cuilibet animi sui sensa occultare licet, nihil impedit, quominus concludere valeamus, num quid et quid ex animi sententia, quam alter sua sponte aperuerit, consequatur. Idque licere ex laudato VLPIANI judicio intelligimus. Taceo, ex hoc fonte, puto domini destinatione fundorum accessiones (die Pertinenz-Stücke) potissimum prodire. Siquidem calx ipsa, ipse fimus non stercorandi, sed mercatus causa paratus non accessoriam fundi, sed rem per se principalem faciunt, per eandem §. 2. l. 17.

Lucri bonus odor ex honesta re qualibet, adeoque etiam ex fructuum augmentatione, agro per colluuiem fertiliore facto, redolet. Sed quoniam, quo honestior est causa perceptionis, eo jucundior, non possumus non vehementer gratulari Senioris nostri quondam meritissimi filio ornatissimo AVGVST. FLORENTI SIEGMVND. GREENIO, cui contigit, stipendio maestri, quod spectatissimus quondam auctor, vir non ex consumatae

solum

solum Iurisprudentiae, sed pietatis etiam omnisque generis  
virtutis laude conspicuus

IOANNES FRIDERICVS MAGERV

illustris n hac vrbe Scabinatus Senior, voluit esse juuenibus  
bonae frugis, iisdemque jurium studiosis diligentiae praemium,  
majoris que laudis sibi parandae incitamentum.

Accedit alia gratulandi materia. Quum enim beneficii  
hujus participi factio ex lege simu scripta incumbat, die autoris  
natalicio, videlicet VI. Nouembr. rem ei condignam ex Illustris  
collegii consilio orando persequi et illustrare, jussus est, *de ne  
cessaria studii juris cum religione coniunctione*, dicere. Igitur de  
re, quae, prout est in se praestantissima, quasi ex consilio de  
sideratissimi MAGERI repetita, eaue mente proposita esse vide  
tur, vt commodissima sit oratori occasio, imaginis ejusdem re  
ferendae et recolendae. Erat enim, quod memoriae omnium  
ejus coaetaneorum adhuc superstitum infixum haeret, aequa  
fidus religionis ac juris custos.

Est vero etiam haec dicendi copia aptissima praestantiam  
nostrae artis demonstrandi amplificandique. Quam etsi a gen  
tilibus acceptam scimus omnes, cum praeceptis a Salvatore  
nistro nobis proditis propemodum omnino amicissime con  
spirare curatius perscrutantes non praeterit. Documento, in  
situ esse, quod Paulus ad Romanos Cap. II. ait, pectori nostro

justitiae

sensum, sed eundem a Saluatorē purgatum iustratumque. Ut, qui in legibus ciuilibus Sacro Codici attemperandis religiose laborat, is demum honorifico iustitiae Sacerdotis elo<sup>g</sup>io sit condecorandus.

Sed quoniam non est meum, vt grandi materiem oratori praeriplam, potius, quod officii ratio a me exigit, peragam.

Hoc est, vt vos, Rector academie Magnifice, Spectatissimi vtriusque reipublicae Proceres, Comites Illustrissimi, Generosissimique ac generosi commitentes, collegii pariter ac meo nomine obseruantissime rōgem, velitis praefentes aetū memoriae viri meritissimi recolendae sacrum illustrare, vestraque indulgentia oratorem juuare et condecorare.

Script. Lips. Domin. post Fest. SS. Trinit. XXI. A. C.  
MDCCC.

---

EX OFFICINA SAALBACHIA.




**ULB Halle**  
006 377 238

3



Vd 18





MEMORIAM  
ICTI CONSVMATISSIMI

7  
1800 4  
**IOANNIS FRIDERICI  
MAGERI**

IN AVDITORIO ICTORVM

D. VI. NOVEMBER. A. C. MDCCC.

HORA IX.

SOLENNI ORATIONE

CELEBRANDAM

INDICVNT

ORDINARIVS

SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES

FACVLTATIS IVRIDICAE

LIPSIENSIS

IN EST

Responso. Inr. CXII.

Ad fundum exercitandum destinato  
ad eum pertinere simulque cum eo  
pendita esse intelligi videri